BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)
Brixen, um 1450 Seite 115v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



erat incursio. Nam templum luxuria et
commessationibus erat plenum et scortantium
cum meretricibus sacratisque edibus mulieres
se ultro ingerebant. intro ferentes ea
que non licebat. Altare etiam plenum erat
ut illicitisque legibus prohibebantur. neque
sabbata custodiebantur. nec simpliciter
se quisquam iudeum esse confitebatur. Tu.
Die itaque natalis regis iudei cum
amara necessitate ad sacrificia. et cum
libro sacra celebrarentur. cogebantur edere
coronati libro circuire. Decretum autem
exiit in proximas gentilium ciuitates sug-
gerentibus ptholomeis ut pari modo
et ipsi apud se iudeos cogerent. ut sacri-
ficarent eos autem qui nollent transi-
re ad instituta gentilium interficerent.
Erat ergo videre miseriam. Tu Que ergo
mulieres delate sunt natos suos circumcidis-
se. quos infantibus ad ubera suspensis cum
publice per ciuitatem circumduxissent per mu-